Collegio Pontificio di Vilna in Lituania

Cum erectio, et fundatio huius Collegij Pontificij per hostilitatem simul cum alijs Instrumentis juridicis inservientis constabium esse ex Archivio Romano authenticam capessere nobis iam. Quia tamen a Pre Regente huius Seminarij Pontificij requiritur inter alia etiam de fundatione informatio, talis dabitur, qualis omni lapide moto potuit concinnari.

Seminarium Pontificium Vilnense est fundatum circa annum Dni 1578. quod colligitur ex lege quam Emus Ptolomeus Gallus S. R. E. Presbr Cardlis Comen a Ssmo D. N. sa: me: Gregorio XIII. Alumnatuum Pontificiorum Protector constitutus condidit de personis suscipiendis Olomutij et Braunsbergae, ac cum Romae X. Aprilis 1578. propria manu subscriptam ipsis Alumnatibus intimari curavit, per Rdum Antonium Possevinum Soc. Jesu, qui a Ssmo D. N. Gregorio XIII. in partes has septentrionales, tam ad negotia fidei peragenda, quam ad Alumnatus statuendos, ordinandosque (sicut constat ex binis Literis Ssmi D. N. Gregorij XIII. et Emi Cardlis Ptholomei ad P. Possevinum datis) missus fuerat, itaque vero lex pro Vilnensi Alumnatu aliquot annis posterius fundato transcripta est et intimata.